

Grone Kneipper der Ritter  
ausgesetzt für Aufzugsbüro  
Dronke

DVAN  
1907 XI. 15.

# Programm

zur

C 4592

## Herbst-Schulprüfung und zu den öffentlichen Rede- und Gesangübungen in dem Königlichen Gymnasium zu Coblenz

9. und 10. Septembris 1839.

Herausgegeben

von

Dr. Franz Nic. Klein,  
Director.








### Inhalt:

- 1) De Niceta Davide et Zonara interpretibus Carminum S. Gregorii Nazianzeni.  
Scr. Ern. Dronke.
- 2) Schulnachrichten, zwanzigste Folge, vom 22. October 1838 bis zum 7. September 1839.

---

Coblenz, 1839.

Druck und Papier von Dubois und Werle.  
(Rheingäschchen Nro. 1049.)



**DE NICETA DAVIDE ET ZONARA**

**INTERPRETIBUS CARMINUM S. GREGORII NAZIANZENI.**

**SCRIPSIT**

**ERNESTUS DRONKE.**

**ACCEDIT PARTICULA PARAPHRASIS NICETAE DAVIDIS NUNC PRIMUM  
E CODICE BIBLIOTHECAE CUSANAE EDITA.**

**D**e Niceta Davide philosopho, qui etiam historicus et rhetor appellatur, primus egit Martinus Hankius in libro de Byzantinorum rerum scriptoribus c. xvi, p. 258 sq., a quo sua habet Fabricius bibl. gr. vol. vii. p. 747 ed. Harles. Episcopus fuit Dadibrae<sup>1)</sup>, quae urbs sita erat in Paphlagonia, unde Dadibrenus vel Paphlago cognominatur. vixit saeculo nono; sed quo anno natus aut mortuus sit, ignoramus. hoc constat eum adhuc vixisse post annum DCCCLXXX; nam irruptionem illis temporibus a Saracenis in Siciliam factam atque eversionem Syracusarum ipse narrat in vita Ignatii patriarchae Cplitani. *vitas* scripsit ss. Hyacinthi et Eustathii editas a F. Combefis Parisiis a. 1666 et vitam s. Ignatii patriarchae Cplitani, quae primum a Metio latine facta Caesaris Baronii annalium tomo qui res saeculo nono gestas continet maximam partem inserta est, tum integra graece et latine Radero interprete edita in actis concilii Cplitani quarti quod dicitur oecumenicum octavum Ingolstadii a. 1604 et repetita in aliis conciliorum collectionibus. Atque de harum vitarum scriptore nulla est controversia; sed exstat interpretatio sive metaphrasis carminum s. Gregorii Nazianzeni, quae alii cuidam Nicetae a multis viris doctis tribuitur. In magno enim scriptorum numero, qui nomen Nicetae ferunt quorumque catalogum dedit Fabricius bibl. gr. l. s. l., duo sunt qui interpretationes in nonnulla Gregorii Nazianzeni opera scripserunt, alter Nicetas David, alter Nicetas cognomine Serron sive Serrariensis, qui ex episcopo Serrarum in Macedonia prima metropolita Heracleae Ponti in Thracia factus saeculo undecimo ad finem vergente floruit. v. Fabricii bibl. gr. viii, 431 et Creuzeri meletemata e disciplina antiq. I, 14. atque ille interpretatus est selecta quaedam carmina Gregorii, Nicetas autem Serron scripsit commentarium in sedecim orationes eiusdem theologi. quum vero eodem appellantur nomine, factum est ut saepe temere confunderentur atque metaphrasis illa quae est Davidis tribueretur Serroni.

Primum sub Nicetae Davidis nomine prodiit exegesis in tetrasticha et monosticha Venetiis apud Franc. Zanetum a. 1563. hanc vero interpretationem non esse Nicetae sed Zonarae infra demonstrabo, ubi de toto libro paucis eorum qui indices librorum consciunt inspecto accuratius disseram. Tum Jacobus Billius archimandrita Micaelinus partem totius commentarii e codice cardinalis Sirleti latine edidit Parisiis a. 1575, at in fronte operis et in epistola ad illum cardinalem scripta auctorem nominat Cyrum

1) Ita nomen scribitur in Nicetae Choniatae historia imperii Alexii Comneni, Isaaci Angeli fratris, I, 7. p. 624. ed. Imm. Bekkeri, ubi excidium urbis narratur.

Dadybrensem, quod male fecit. propius ad veritatem accedit inscriptio, quam praemisit commentario in tetrasticha, quum eum dicit esse Cyri Nicetae Dadybrensis episcopi. sed nomen Cyri ipse finxit; nam *κύρος* non est nomen proprium sed honoris titulus pro *κύριος*. v. Barthii advers. p. 1393, quem testem citavit Fabricius l. l. viii, 431, et Vil-  
loison, notices des manusc. de la bibl. nation. vii, 422 Jacobsio laudatus in indice anthologiae Palatinae. idem titulus ante nomen proprium legitur in codice Monac. no. 263, qui Nicetae Serrariensis epitheta deorum dearumque continet; v. Creuzeri mele-  
temata l. l.

Dum Billius in Gallia novam Gregorii Nazianzeni operum editionem adornabat, eundem laborem in Germania susceperebat Joannes Leuenclaius; et is iam ante Billium verterat commentarium in sententias *τετραστίχους*, verum casu aliquo amiserat neque ipsi ad manus fuit exemplar graecum, de quo nova interpretatio institui posset, ut ipse fatetur in prooemio tom. iii suae editionis, quae prodiit Basileae ex officina Hervagiana per Eusebium Episcopium a. 1571. sed quod rei caput est, verum auctorem nominat Nicetam Davidem. Atque eidem scriptori eadem metaphrasis tribuitur in fronte editionis, quam laudari video a Lambecio comment. IV, 34, non inveni in lexicis bibliographicis. inscriptio libri haec est: *Nicetae Davidis philosophi commentarius in s. Gregorii Naz. tetrasticha et monosticha ab Hercule Faello presbytero Imolensi latine versus. Imolae apud Laurent. Gianottum. 1588.* sed fortasse haec interpretatio facta est ex editione Veneta atque commentarius est Zonarae, non Nicetae Davidis.

Non multo post ex libro manuscripto bibliothecae Augustanae graecam paraphrasim in sex carmina arcanorum sive versus 482 edidit Dav. Hoeschelius Lugduni Batavorum a. 1591, quae editio repetita est ab Joan. Hornschuchio Lipsiae a. 1645. sed quum illos libros videre nondum mihi contigerit, nescio quo cognomine Nicetas sit appellatus. Caeterum neque primi editores neque postea quisquam quod sciam diligenter hanc rem investigavit, quare minime mirum etiam nostris temporibus exstisset, qui praepropere quae sunt Nicetae Davidis ab ipso abiudicarent. v. Creuzeri melet. p. 59, n. 1. Schoell, histor. litt. graec. ed. germ. cur. Schwarzio et Pindero, t. iii, p. 176. n. 1. Fortasse hoc *ζητημα* iam persolverunt monachi ordinis s. Benedicti, novissimi operum Gregorii Nazianzeni editores; sed editione eorum interrupta totus apparatus in secundam et tertiam partem etiamnunc latet in scriniis nescio cuius bibliothecae. igitur quae mihi felici quodam casu in manus venerunt atque ad controversiam componendam conferre posse videantur, hoc loco cum viris doctis communicabo.

Ad ripas Mosellae amoenissimas prope vicum Cues domus est alendis senibus presbyteris ab illo cardinale Nicolao Cusano exstructa, in cuius bibliotheca bona pars librorum, quos cardinalis et ipse scripserat et collegerat, adhuc adseratur, quamquam saepe est spoliata. numerus quidem librorum exiguis est, sed reperiuntur inter eos etiam boni et digni qui innotescant, licet non tales, quales ibi se reperturum esse spe-

raverat Andreas Guil. Cramerus, cuius hac de re lepida exstat narratio in ipsius chronicis domesticis p. 145 sq. de libris enim, qui ad ius spectant, iam meliora edocti sumus ab EDUARDO BOECKING V. d. et mihi amicissimo; v. Frid. Caroli a Savigny librum *Geschichte des römischen Rechts* cet. p. III. pag. 8. ed. sec. Inter graecos autem libros manuscriptos, quorum copia mihi nuper facta est per MARTINIUM V. rev. illius domus praefectum, fuit etiam codex, qui totam Nicetae Davidis metaphrasim continet in ea Gregorii Nazianzeni carmina, quae sibi Nicetas interpretanda delegerat. membranaceus est atque ex foliis 138 formae quadratae constat; scriptus est ni fallor saeculo XI vel XII calligraphice, non tachygraphice quod vocant, summa litterarum elegantia et tanta exaratus diligentia, ut rarissime verbum perperam scriptum reperiatur. siglis nullis usus est scriptor; pauca tantum vocabula per abbreviataram scripta sunt ut Ἰησοῦς, Χριστός, Θεός, πνεῦμα, πατήρ, μητήρ, ἀνθρωπος, σωτῆρας et ab his derivata. accentuum ratio eadem fere est quae hodie observatur; quod ad spiritus attinet, duo rho deinceps posita nunquam illos sibi inscriptos habent, ut et in aliis codicibus et nunc scribitur. v. Bast. comment. palaeogr. p. 733. iota quod subscriptum dicimus nunquam infra lineam, raro in ipso versu ponitur, v. c. ἀνδρῶν pro ἀνδράφων, plerumque omissum est. sed sunt verba, quae nunc carent iota subscripto, in codice cum illo leguntur, ut ζώιον pro ζῶον, de qua scribendi ratione v. Bast. I. l. p. 719. particulae quaedam compositae per partes scribuntur, v. c. ὅτ' ἄν, ἐπειδ' ἄν. contra prae-positione κατὰ cum quibusdam nominibus saepe in unum vocabulum coniungitur, sic semper κατάφυσιν scriptum est pro κατὰ φύσιν. itacismi vestigia pauca reperiuntur.

Folium primum incipit colore rubro: Νικήτα τοῦ καὶ Δᾶδ δούλου ἵν χῦ τοῦ φιλοσόφου ἔξηγησις τῶν ἀπορρήτων τοῦ μεγάλου Γρηγορίου τοῦ Θεολόγου ἐπῶν λόγος α' προοίμιον. pag. 4 περὶ ἀρχῶν. p. 16 λόγος β' περὶ νέον. p. 30 λόγος γ' περὶ τοῦ ἀγίου πνεύματος. p. 45 περὶ κόσμου λόγος δ'. p. 64 περὶ προοτελεῖς λόγος ε'. p. 78 περὶ τῶν λογικῶν οὐσιῶν λόγος σ', sed in fine περὶ τοερῶν οὐσιῶν καὶ ἀγγελικῶν. p. 93 Νικήτα τοῦ καὶ Δᾶδ δούλου ἵν χῦ τοῦ φιλοσόφου ἔξηγησις τῶν ἀπορρήτων τοῦ ἀγίου Γρηγορίου τοῦ Θεολόγου ἐπῶν περὶ ψυχῆς λόγος ζ'. p. 109 περὶ διαθηκῶν καὶ ἐπιφανείας Χριστοῦ λόγος η', in fine περὶ ἐπιφανείας ή Θεοφανείας Χριστοῦ ἱεροῦ. p. 124 Εξήγησις τῶν ἀπορρήτων τοῦ ἀγίου Γρηγορίου τοῦ Θεολόγου ἐπῶν περὶ ἀρετῆς ἀνθρωπείας λόγος θ'. p. 145 Εξήγησις εἰς τὰ ἀπόρρητα τοῦ μεγάλου Γρηγορίου ἐπῇ τὰ διὰ ἡρωελεγείων περὶ φύσεως ἀνθρωπίνης λόγος ι'. p. 165 Εξήγησις τῶν ἀπορρήτων τοῦ μεγάλου Γρηγορίου τοῦ Θεολόγου ἐπῶν περὶ εὐτελείας τοῦ ἐκτὸς ἀνθρώπου καὶ τῆς τῶν παρόντων ματαιότητος λόγος ια'. p. 190 Εξήγησις τῶν ἀπορρήτων τοῦ μεγάλου Γρηγορίου τοῦ Θεολόγου ἐπῶν μακαρισμοὶ καὶ δροὶ πνευματικοῦ βίου λόγος ιβ'. p. 205 Εξήγησις εἰς τὴν γνωμολογίαν τοῦ ἐπονού τοῦ μεγάλου Γρηγορίου τ. θ., in fine εἰς ἀπόρρητα τὰ τοῦ μεγάλου Γρηγορίου τ. θ. ἐπῇ πρᾶξις ιγ'. p. 219 Τοῦ αὐτοῦ Νικήτα τοῦ καὶ Δᾶδ δούλου ἵν χῦ τοῦ φιλοσόφου ἔρμητεία τῶν τετραστίχων τοῦ ἀγίου Γρηγορίου τοῦ Θεολόγου, οἷς ἐπέγραψεν οὕτως

Γρηγορίου πόνος εἰμί· τετραστικήν δὲ φυλάσσω  
γνώμαις πνευματικαῖς, μνημόσυνον σοφίης<sup>1)</sup>.

Explicit p. 276 τῷ πατρὶ καὶ τῷ νέῳ καὶ τῷ ἀγίῳ πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων ἀμήν. sequitur ipsius Nicetae Davidis tetrastichon, quod etiam in editione Veneta a. 1563. fol. 55 verso legitur:

σὺ μὲν σύνοψιν πρακτικῆς θεωρίας  
τετραστικὸν βροντήσας ὑψιλὴν πατέρο·  
ἡμεῖς δ' ἀναπλώσαντες<sup>2)</sup> ἐν σοὶ τὸ σθένος  
αὐτῆς χάριν καὶ γνῶσιν ἐπληθύναμεν.

Ex hoc totius codicis indice primum intelligitur ordinem, quo Nicetas David carmina Gregorii aut ipse collocaverit aut a poeta collocata invenerit, diversum esse a vulgato; deinde numerum carminum, quae Nicetas ἀπόρρητα nominaverit, aliquanto maiorem esse quam Billii numerum. Is enim octo tantum carmina ita inscripsit neque quidquam de illo nomine prodidit, quamquam totum Nicetae commentarium in manibus habuit sive in uno codice, cardinalis Sirleti codicem dico, sive in pluribus repertum; nam in annotatione respicit ad commentarium non solum in octo illa carmina sed etiam in septem reliqua et commentarium in tetrasticha totum vertit. Itaque si animum advertisset ad prooemium postremae parti praefixum, etiamsi ordinem carminum mutare noluisset, certe tetrasticha ultimo loco erant ponenda. Ipsum vero Nicetam haec carmina ita appellasse, docere mihi videntur quae de suo proposito scribit in praefatione. Λιὸν καὶ ἡμεῖς οἱ πάντων ἔσχατοι καὶ μικρότεροι πρὸς τὸν ὑπὲρ πάντας τοὺς πρεσβυτέρους καὶ διδασκάλους τετιμημένον ἡμᾶν Γρηγόριον τὸν θεολόγον τὸν νοῦν ἐπερείδοντες ὡς τῆς ἡμετέρας καθηγεμόνα ψυχῆς καὶ ὡς περισσοτέρως ἐκ τῶν αὐτοῦ θεολογιῶν οἰκοδομούμενοι ὀλίγους τινὰς ἐκ τῶν αὐτοῦ δυσφράστων καὶ δυσθεωρήτων λόγων ἥτοι θεοφράστων ἐπῶν τὰ ἀπορρητότερα καὶ τοῖς πολλοῖς ἀνεπιοπτα εἰς ἐξήγησιν προνθηκαμεν ἐαυτοῖς.

Sed neque in omnibus codicibus eundem singulorum carminum ordinem servari neque eadem carmina cognomen τῶν ἀπορρήτων sive a Niceta sive ab ipso Gregorio profectum ubique habere; testatus est etiam CAROLUS BENED. HASE, quem virum clarissimum et doctissimum memor eorum, quae legi in praefatione ad Leonem Diaconum p. XXIX. ed. Bonn., rogavi, ut, si quid ipsi in promptu esset quod rem conficeret, mecum communicare vellet. ille qua est humanitate in meum usum contulit omnes bibliothcae regiae Parisiensis codices atque de carminibus illis arcannis deque Nicetae in illa commentario litteris ad me datis haec scripsit. „Ueber die mit dem Namen ἀπό-

1) Haec inscriptio omissa est a Billio in edit. Colon. II, 156, servata in aliis tetrastichorum editionibus, ut in illa, quam adornavit Erhardus Hedenecius cum Nonni paraphrasi Basileae in officina Petri Pernae a. 1577, quae editio Hofmannum in lex. bibl. latuit.

2) Ed. Venet. ἀναπλεύσαντες.

ρητα bezeichneten Gedichte herrscht in den zahlreichen Handschriften der Königl. Bibliothek, die ich alle deshalb durchblättert, die grösste Verwirrung. In einigen haben die acht, welche Billius unter diesem Titel zusammenfasste, allerdings denselben Titel, in den meisten aber nicht; in andern fehlen die ἀπόρρητα ganz oder stehen vereinzelt unter den übrigen, namentlich in dem trefflichen cod. reg. graec. no. 990, früher MCCCLXXI, 1499 und 2889, im Jahre 1030 geschrieben. Auch, in diesem wenigstens, fehlt das Beiwort ἀπόρρητος folgenden Titeln: περὶ εὐτελείας τοῦ ἔκτος ἀνθρώπου λόγος η. fol. 76 recto; περὶ φύσεως ἀνθρωπίνης λόγ. ιδ. fol. 90 verso; διαφόρων βίων μακαρισμοὶ λόγ. ιζ. fol. 100 v., bei welchen Ihre Handschrift es hat. Gleichfalls fehlt das Wort ἀπόρρητος cod. reg. gr. 993 in dem fol. 77 r. περὶ εὐτελείας τ. ε. ἀνθρ. und f. 109 v. μακαρισμοὶ βίων διάφοροι; wahrscheinlich war es auch ausgelassen vor dem Gedichte περὶ φύσεως ἀνθρωπίνης, dessen erste 15 Verse in dieser Handschrift mangeln, denn zwischen fol. 94 und 96 ist ein Blatt verloren. Im cod. reg. gr. 992 aus dem Anfang des XV. Jahrh. stehen unter vielen andern Gedichten des Gregorius nur drei carmina ἀπόρρητα, nämlich fol. 179 r. περὶ προνοίας λόγος ε' — also doch mit Rücksicht auf die abgeschlossene Ordnung der Arcana, unter denen das carmen de providentia allerdings das fünfte ist — fol. 181 v. περὶ λογικῶν φύσεων, ohne weitere Andeutung, statt π. νοερῶν οὐσιῶν; fol. 185 v. das carmen de anima und statt des Titels ein leer gelassener Platz. Dagegen hat der von einem geübten und nicht ungelehrten Calligraphen im Anfang des XIV. Jahrh. — wie es mir scheint — geschriebene cod. reg. gr. 1220 alle acht mit folgender Ueberschrift fol. 191 v.: Τοῦ αὐτοῦ Θεολόγου ἐπη τὰ καλούμενα ἀπόρρητα. περὶ ἀρχῶν. fol. 192 v.: περὶ νιοῦ. f. 193 v. περὶ πνεύματος. f. 195 r. περὶ κόσμου. fol. 196 v. περὶ προνοίας. f. 197 v. περὶ λογικῶν οὐσιῶν. f. 199 r. περὶ ψυχῆς. f. 201 r. περὶ διαθήκων ζ. — Trotz dieser überall wieder vor kommenden Verschiedenheiten — denn unter unsfern, Gedichte des Gregorius enthalten den Handschriften, deren wenigstens dreissig, ist fast keine, welche in Ordnung der Gedichte mit irgend einer andern ganz übereinstimmt — scheint mir doch die Benennung ἀπόρρητα, röhrt sie nicht von dem Verfasser selbst her, wenigstens sehr alt zu seyn. Vielleicht aber hat er selbst so acht Dichtungen bezeichnen wollen, in welchen nach seiner Meinung die meiste Metaphysik und die wenigsten Anspielungen auf eigene Gefühle, Lebensverhältnisse und Persönlichkeiten waren. Abschreiber mögen die Benennung auf noch andere übertragen haben. Von dem Commentar des Nicetas David glaube ich einzelne Sätze, Zeilen, einzelne Bruchstücke, überall ohne seinen Namen, theils in den eng geschriebenen Scholien, die den Rand mehrerer Handschriften bedecken, theils in der Interlinearparaphrase anderer wieder zu erkennen; einen Codex aber, der erwähnten Commentar unvermischt mit fremden Zusätzen enthielte, besitzt die Königl. Bibliothek nicht.“

Octo illa carmina arcana eodem quidem ordine sed sine hac inscriptione et ita, ut ex uno carmine facta sint duo aut tria, leguntur in codice carminum Gregorii Naz. Bodleiano, quem descriptis Gaisfordius in catalogo sive notitia manuscriptorum qui ab E. D. Clarke comparati in bibliotheca Bodleiana adversantur p. I. p. 23. sq. Initium primi carminis περὶ ἀρχῶν desideratur, quum duo folia desint; fol. 151 r. incipit verbis εἰς θεὸς ἔστιν ἄναρχος cet. qui versus est vicesimus quintus illius carminis; deinceps sequuntur reliqua carmina ita inscripta: περὶ νιοῦ, π. πνεύματος, π. κόσμου, π. ἀγγέλων, π. προνοίας, π. λογικῶν φύσεων, π. φύσεως, π. διαθηκῶν, π. ἐπιφανείας Χριστοῦ, π. βαπτίσματος. sed carmen περὶ ἀγγέλων ultimi versus sunt carminis quarti περὶ κόσμου et numero quidem duodecim; et totidem Gaisfordius quoque numeravit, quamquam in editione Coloniensi tantum undecim exstant; nam unus versus inter v. 91 et 92 excidit, quem ex nostro codice inseram. locus ita scribendus est.

ἀγγελικῶν τε χροῶν βροτέην φύσιν, ἀγγελικῶν μὲν  
οὐ μάλα πολλὸν ἀνευθεὶς παράστατιν, ἡμετέρην δὲ  
καὶ μάλα πολλὸν ἀνευθεν, ἐπεὶ χθονὸς ἐκγενόμεσθα.

Porro quae inscripta sunt περὶ ἐπιφανείας et π. βαπτίσματος, partes sunt carminis octavi inter arcana; primum carmen incipit a versu 31, alterum a v. 82. Deinde tribus carminibus interiectis sequitur carmen π. ἀρετῆς ἀνθρωπείας, quod in Nicetae collectione nonum est, et ipsum quoque in duas partes divisum, quarum altera, π. ἀρετῆς παρανετικὸς β', incipit a versu 85. Denique γνωμολογία reperitur in extremo libro fol. 207; reliqua carmina desiderantur. Scholia vero, quae ad marginem leguntur, grammaticus scripsit non indoctus.

Neque illam inscriptionem inveni in codice Gudiano gr. 97, in quo aliquot carmina Gregorii continentur (v. bibl. Guelferb. codices gr. cet. rec. Frid. Adolfus Ebert, pag. 84.) et quem SCHOENEMANNUS v. d. illius bibliothecae praefectus ad me misit. ibi enim fol. 36 recto sq. legitur etiam illud carmen, quod est decimum quintum ex ordine Billii, a Niceta vero inter arcana positum et coniunctum est cum decimo quarto, cum hac inscriptione: περὶ τῆς τῶν παρόντων ματαιότητος, nullo cognomine apposito. Metaphrasis autem carminum, quam idem codex praebet, ita est instituta, ut singuli versus explicentur; v. c. ut ex illo carmine exemplum apponam:

τις καὶ πόθεν εἰς τὸν βίον ἥλθον; ἐπειδὴ δέ με ἡ γῆ κρατήσει,  
τις πάλιν ἀπὸ γῆς γενήσομαι ἐν τῇ ἀναστάσει;  
ποῦ δὲ φέρων στήσει με ὁ θεὸς ὁ μέγας; ἀρα σαώσει κ. τ. ἐ.

Restat ut de numero carminum, quot Nicetas interpretatus fuerit, videamus. Commentarium in tetrasticha, quae ultimum locum obtinent, exorsus est his verbis. Έβούλομην μακροτέρας λόγων πραγματείας κατατεινόμενος πρὸς ἐκάστην ὑπόθεσιν τῶν ἐμμέτρων ἐπῶν τοῦ Θεολόγου τὴν ἀρμόζουσαν ἐξήγησιν ἀνατάξασθαι. — ἄλλης δὲ βασιλικῆς ὑπομησθεῖς καὶ πατρικῆς ἐπολῆς — ἐψυλαξάμην ἐπιπλεῖον τῆς ἐξηγήσεως μετὰ τὴν τῶν ἀπορρήτων ἐπί-

σκεψιν ἔναι, τελευταῖαν δὲ τῶν προκειμένων τετραστίχων τούτων τὴν γνωμοδογίαν ἀποχρώντως ημᾶς οἰκοδομούσης πρός τε Θεωρίαν καὶ πρᾶξιν ἐξηγησάμενος καταπαύσω. Ex his verbis iam hoc verisimile est, interpretationem monostichorum et epigrammatum in laudem Basilii magni, quae Nicetae Davidi in editione Veneta tribuitur, ipsius opus esse non posse; sed Nicetam re vera neque huius auctorem esse neque interpretationis tetrastichorum, quae sub eius nomine in eodem libro vulgata est, demonstrabunt verba tum eius qui hunc commentarium contexuit, tum illius qui librum edidit. his addam alios quosdam locos, ex quibus natura et libri et commentarii cognoscatur. librum ipsum, qui in his regionibus est rarissimus, bibliotheca Gottingensis intercedente E. L. A LEUTSCH v. d. mihi suppeditavit. Inscriptio mirifice corrupta ab Hofmanno in lex. bibl. t. III., p. 134 haec est: *ΝΙΚΗΤΑ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ ΤΟΥ ΚΑΙ ΔΑΒΙΔ ΕΡΜΗΝΕΙΑ ΕΙΣ ΤΑ ΤΕΤΡΑΣΤΙΧΑ ΤΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ ΠΑΤΡΟΣ ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ ΤΟΥ ΝΑΖΙΑΝΖΗΝΟΥ. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΕΡΜΗΝΕΙΑ ΕΙΣ ΤΑ μονόστιχα. Τοῦ αὐτοῦ εἰς τὰ ἐπιγράμματα τὰ εἰς τὸν μέγαν Βασίλειον παράφρασις. ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΓΕΩΜΕΤΡΟΥ ἐπιγράμματα.* Venetiis apud Franciscum Zanetum. M.D.LXIII. liber continet folia 68 num. formae quadratae; fol. 68 recto: Τὰ παρόντα τετράστιχα τοῦ μεγάλου πατρὸς Γρηγορίου τοῦ Θεολόγου, ἔτι τε μονόστιχα καὶ ἐπιγράμματα, ὡσαύτως καὶ ἐπιγράμματα Ἰωάννου τοῦ γεωμέτρου τετύπωται μὲν ἐν Ἐκταῖς ἐν οἰκίᾳ κυρίου Φραγγίσκου τοῦ Ζακέτου· πόνῳ δὲ πολλῷ καὶ πλειστῇ ἐπιμελείᾳ Ζαχαρίου ἱερέως σκοδυδίλιους κηρτὸς τοῦ ἐπιλεγομένου μαραφαρᾶς καὶ ἐπιτρόπου τοῦ τῆς κανονικανούντος οἰκουμενικοῦ πατριάρχου κυρίου Ἰωάσαφ. ἀναλάμβασι μὲν τοῖς αὐτῶν ἥδη δὲ σὺν Θεῷ πέρας εὐλήφει, φξγ' ἀπὸ τῆς θεογονίας μαιμακτηριῶνος ὄγδοη φθίνοντος. οἱ γοῦν ἀναγνώσκοντες εὐχεσθε καὶ ὑπὲρ ἀμφοτέρων. Εὖν μυρίοις τὰ καλὰ γίγνεται πόνοις. — A - P. Ἀπειρά ἐστι δυάδια. Fol. 3 r. ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ ΤΟΥ ΤΟ ΣΥΝΓΡΑΜΜΑ ΠΟΙΗΣΑΜΕΝΟΥ (οὐ τὸ παρὸν) προσφώνησιν ἔχον πρὸς τὸν ἀξιώσαντα ποιήσασθαι τὴν ἐξήγησιν τῶν τετραστίχων τοῦ Θεολάγου Ἰωάννου μοναχοῦ τοῦ Ζωναρᾶ. Εἰς σὴν χάριν, μακαριώτατε ἀδελφέ, τὸ πόνημά μου τοῦτο πεπόνηται· εἰσῆλθε γάρ τὸ ἀξιωμά σου ἐνώπιον μου καὶ με κατεδυσώπησε τυγχάνον πνευματικὸν καὶ ναρκῶσάν μου τὴν χεῖρα ἡστώνη καὶ γῆρας ὅμως ἐκίνησε πρὸς γραφὴν καὶ τὰς σοφωτάτας γνώμας τοῦ Θεολογικωτάτου καὶ βαθυγάμονος πατρὸς Γρηγορίου πεποίηκεν ἐξηγήσασθαι. — ἀλλά γε τελεωτέρα εἴη ὅτι η ἐξήγησις τῆς ἐγκειμένης τῇ βίβλῳ τῇ παρὰ σοῦ κομισθεῖσῃ μοι διὰ τὸ ἔκεινης στενὸν κομιδῆ. — Hoc prooemium sequitur Σχόλιον Ζαχαρίου ἱερέως. Ἐκ τοῦδε τοῦ προοιμίου δεδήλωται ὅτι καὶ ὁ θεῖος Ζωναρᾶς τὰ τετράστιχα ταῦτα τοῦ μεγάλου πατρὸς Γρηγορίου ἡρμήνευσε· καίτοι δὲ η αὐτοῦ πᾶσα ἐρμήνεια οὕτω μοι ἐντεύχηκεν, εἰ μή τι καὶ η παροῦσα Νικήτα φιλοσόφου τοῦ καὶ Δαβίδ. — Fol. 41 r. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΘΕΟΛΟΓΟΥ ΠΑΤΡΟΣ Ἰαμβοὶ παρανετικοὶ μονόστιχοι κατὰ στοιχεῖον. Fol. 53 r. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ ΠΑΤΡΟΣ ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ τοῦ Θεολόγου ἐπιγράμματα ἐπικήδεια εἴτε ἐπιτάφια εἰς τὸν μέγαν βασίλειον διὰ στήκων ἡρωελεγελῶν σιντιθέμενα, συνταχθέντα καὶ ἐρμηνευθέντα παρὰ Νικήτα φιλοσόφου τοῦ παφλαγόνος δυοκαίδεκα τὸν ἀριθμὸν ὅτα, ἀπερ ἐπάνω τοῦ τάφου τοῦ μεγάλου Βασιλείου ὁ μέγας Γρηγόριος τέθηκεν. Ζαχαρίου ἱερέως.

*Οἶμαι εἶναι καὶ ταύτην τὴν παράφρασιν καὶ οὐκ ἔδωκεντας Νικήτα τοῦ καὶ Δαβὶδ λεγομένου τοῦ καὶ τὰ ἔτερα ἔδωκεντας τοῦ μεγ. π. Γρηγορίου ἐπη. – Fol. 57 r. ΙΩΑΝΝΟΥ ΓΕΩΜΕΤΡΟΥ ΕΚ ΤΩΝ τοῦ γεφοντικοῦ εἰς ποιητικὴν τάξιν, ἡς ἡ ἐπιγραφὴ παράδεισος; in margine: Ἐν ἄλλῳ, Νείλου μοναχοῦ. haec epigrammata numero 99 utrius sint, etiam ego cum editore ignoro. in libris editis tribuuntur Iohanni Geometrae; Nili vero monachi tetrasticha 95 laudantur in catalogis mss. gr. bibl. Laurent. et cod. Vindobon., v. Jacobs. anthol. gr. XIII, 925. sed redeo ad rem. Ipse Zonaras confitetur se a fratre quodam monacho rogatum interpretationem tetrastichorum scripsisse atque suam sperat magis perfectam fore ea, quam liber ad se transmissus contineat; nam illam esse nimis tenuem. Quamquam in hac re iam sunt omnia, tamen aliud non minus grave argumentum afferam. Fol. 37 recto ad γνωμ. νγ'. narratur et aliquanto quidem verbosius, quam in Zonarae annalibus refertur, historia de Nicephoro Bryenio, qui somnio quodam deceptus arma contra Botoniaten cepit sed re male gesta ab illo caecatus fuit. incipit autem scriptor ita: ἐροῦμεν δέ τι καὶ πάραδειγμα οὐκ αἰτεόμενος, ὃ τινι ἀφηγούμενῷ μεγιστάρῳ ἥκούσαμεν κ. τ. ἐ. Haec is, qui vixit saeculo nono, narrare non potuit, sed Zonaras audivit, qui sub Alexio et Iohanne Comnenis magnus drungarius sive praefectus vigiliae et primus a secretis erat. Interpretatio vero nimis tenuis Zonarae visa/Nicetae Davidis est, quam ille longiore verborum circumscriptione utens etiam locis ex sacra scriptura vel ex aliis libris adhibitis auxit atque amplificavit, et ita quidem ut saepe totas Nicetae periodos suae paraphrasi intexeret. Interdum duae interpretationes exstant, quarum altera inscripta „ἄλλως“ pars est interpretationis Nicetae. Hoc autem opusculum Zonaras senex composuit per otium, quo fruebatur monachus et quo usus est ad alios libros conficiendos, de quibus v. Tittmanni prolegom. ad Zonarae lexicon, p. LXV. neque tamen negligendum est in textu verborum recensendo, quum aliquoties lectionis varietatem notaverit.*

Quae quum ita sint, non est quod argumenter de interpretatione monostichorum et epigrammatum; paucis absolvam. neutram puto a Niceta Davide profectam esse; de altera is ipse qui eam edidit hoc tantum opinatur; interpretatio vero monostichorum grammaticum prodit, qui saepe singula tantum verba explicat iisdem fere verbis, quae reperiuntur in Zonarae vel aliorum lexicis. atque similes locos habet etiam tetrastichorum paraphrasis, qui non sine fructu conferri possunt cum Zonara aliisque lexicographis. sed apponam nonnullos eiusmodi locos, ut ad hunc librum animum advertant quibus lexica graeca curae sunt. Fol. 38 verso ad γνωμ. νγ' haec leguntur. Γίρωσκε δὲ ὅτι οἱ ἔξω σοφοὶ ἄλλο λέγουσι τύχην καὶ ἄλλο αὐτόματον. ὡς καὶ Ἀριστοτέλης διδάσκει ἐν τῇ αὐτοῦ φυσικῇ ἀροάσει. τύχη μὲν ἐπὶ τῶν προσαιρετικῶν, αὐτόματον δὲ ἐπὶ τῶν ἀπροσαιρέτων. εἰ γάρ τις περιπταῖ ἡ ὀρύσσων ἐντύχη χριστῷ ἡ ἄλλη τινί, τούτῳ λέγεται τύχη. εἰ δὲ λιθος ἀφ' ὑψους μέγας πεσὼν εἰς γῆν χρηματίσει εἰς καθέδραν ἐπιτήδειος, τοῦτο λέγεται αὐτόματον. ex his verbis, quae respiciunt ad Aristot. φυσικ. ἀκρο. II, 4 sq. p. 195 ed. Imm.

Bekkeri, emendari potest Zonaras s. v. αὐτόματον p. 346 ed. Tittm.; nam ultima verba, quae in lexico leguntur, nullum habent sensum. Fol. 4 recto explicantur significaciones τοῦ πνεύματος, quas eodem fere ordine posuit Zonaras p. 1558. Fol. 41 verso ad monostichon tertium v. δράμα exponitur. δράμα γὰρ λέγεται καὶ τὸ ποιησαῖσπερ τὰ τῶν τραγικῶν ποιήματα τὰ μυηλῶς λεγόμενα καὶ γινόμενα λέγονται δράματα παρὰ τὸ μυμεῖσθαι τὰς ἀληθεῖς πρᾶξεις. δράμα δὲ καὶ αὐτὴ ἡ ὄντως γινομένη πρᾶξις παρὰ τὸ δρᾶ τὸ ἐνεργῶ. λέγονται δράματα κατὰ τρίτον σημανόμενον καὶ τὰ ἐκ συσκευῆς καὶ κακονογίας δινάμενα (s. γινόμενα). cum his comparari potest Zonarae lexicon p. 571, quamquam eadem habet Etymologium Magnum. Fol. 43 verso θυμός explicatur. Εἰδέναι δὲ χρῆ, ὡς εἴδη τοῦ θυμοῦ τοῖς, δογῆ, ἥτις καλεῖται χολὴ καὶ χόλος, μῆνις καὶ κότος. Θυμός μὲν γὰρ ἀρχὴν καὶ κίνησιν ἔχων ὁργὴ καὶ χολὴ καὶ χόλος λέγεται. μῆνις δὲ χολὴ ἐπιμένονσα ἥγονν μηνιστικά. εἰδογται δὲ παρὰ τὸ μένειν καὶ τῇ μηνήῃ παραδίδοσθαι. κότος δὲ ὁργὴ ἐπιτηροῦσα καιρὸν εἰς τιμωρίαν. εἰδογται δὲ καὶ οὗτος παρὰ τὸ κεῖσθαι. eadem verba leguntur apud Zonaram p. 1058, qui teste Tittmanno descriptis Joh. Damascenum de orthod. fide I. II, c. 16. Variae significaciones v. τις, quae fol. 51. r. exponuntur, iisdem fere verbis repetitae sunt in Etymologio Magno p. 688. sed haec sufficient de Zonara illius paraphrasis auctore; redeo ad commentarium Nicetae Davidis, cuius caussa haec omnia disputavi.

Quum ad patefaciendam Gregorii mentem saepe abstrusam vere proposit; Billius autem singulis tantum locis Nicetae interpretationem in sermonem latinum conservam brevibus scholiis complectatur excepto commentario in tetrasticha, quem integrum vertit: ego, et quia Nicetae oratio est satis elegans et munda et ne quid interpretationi carminum detrahatur, consilium cepi e codice Cusano graeci commentarii partem eam quae nondum vulgata est typis describendi atque hoc loco huius editionis specimen propono. Ipsa vero carmina ope eiusdem codicis aliquanto emendatione prodibunt, qua de re sane est quod mihi gratuler. Magnum poetam esse Gregorium equidem non dixerim; certo maior fuit orator; attamen ipsius carmina digna sunt, quae tandem aliquando iusta editione adornentur. Per duo saecula et quod excurrit neglecta fere jacuerunt et, quamvis de singulis carminibus eorumve locis Valckenarius, Iacobsius, alii bene meriti sint, idem Gregorio accedit quod Nonno, cuius metaphrasim philologos propter argumentum theologis, hos propter scripturae genus illis concessisse Franciscus Passovius verissime dixit. Gregorius ut alii poetae christiani multus est in imitando; ab Homero, Hesiodo, Theocrito, Euripide, aliis non solum vocabula sed hemistichia et totos versus habet. Has vero imitationes scriptoresque quo imitatus sit operaे pretium est enumerare atque in totam rem diligentius inquirere quam adhuc factum est. Quodsi omnia Gregorii carmina collatione veterum poetarum Graecorum illustrata essent, de dramate illo quod inscribitur Χριστὸς πάσχων forsitan leniorem sententiam diceres quam tulerunt Valckenarius et Eichstadius. Atqui nemo est qui nesciat, quanto cum fructu

Valckenarius illam tragediam ad emendandas Euripidis fabulas adhibuerit. similes vero fructus licet non tam uberes ex comparatione reliquorum carminum redundabunt.

Magis etiam miror carmina Gregorii a lexicographis neglecta esse, quum vocabula habeat, quae vel prorsus desiderantur in lexicis vel ex aliorum scriptorum auctoritate laudantur, qui aut ipsum fortasse Gregorium imitati sunt aut certe post eum vixerunt, sic ἐμπεδόμνθος ex Nonni metaphrasi affertur, sed ille vocabulum habet a Gregorio, qui eo primus est usus carm. 61, 179. alia ex eodem genere sunt ἀρχεγόητες Arcan. 6, 79. διαλύσκω π. εὐτελ. 7. μειλιχόμνθος carm. 63, 121. συναρίθμιος π. εὐτελ. 107. κυδομότόκος, quod legitur in versibus heroicis inter carmina iambica insertis p. 179 ed. Colon. <sup>1)</sup>.

Denique commemoranda est versus heroici et pentametri compositio. Gregorius licentia quadam nec tamen ipsi soli propria utitur in productione correptioneque syllabarum; in compositione vero ordinum magnam servavit varietatem et quamvis numerus dactylorum spondeorum numero sit maior et saepius regnet ea caesura quae a grammaticis κατὰ τρίτον τροχάτον vocatur quam mascula illa πενθημερή appellata, tamen versus Gregorii non caret elegancia heroici versus neendum habet illam volubilitatem, quam centum post annis Nonnus huic versui conciliavit.

Finem iam disputationi facturus cum lectoribus communicabo duo ἀνέκδοτα, quorum primum mihi CAROLUS BEN. HASE misit, quum nolle esset ασύμβολος, tum ipse in cod. Gudiano 97 repperi. Gregorii carm. xxiii p. 95 ed. Colon. sex tantum versus continet; in codice autem reg. Paris. num. 992 fol. 88 recto et in Gud. fol. 42 r. haec tria disticha addita sunt:

Ἄλλοι μὲν χρυσόν, οἱ δὲ ὀργανυρον, οἱ δὲ τράπεζαι  
Τιμῶσι λιταρήν, παγνια τοῦδε βίου.  
Ἄλλοι δ' αὖ Σηρῶν καλὰ νῆματα καὶ γνας ἄλλοι  
Πυροφόρους· ἄλλοι τετραπόδων ἀγέλας.  
Αὐτὰρ ἐμοὶ Χριστὸς πλοῦτος μέγας, ὃν ποτ' ἔδοιμι  
Νῦν γῦμνῷ καθαρῷ· ταῦλας<sup>2)</sup> δὲ κόσμος ἔχοι<sup>3)</sup>.

Haec sane cohaerent cum reliquo carmine neque tamen in libris editis reperire potuimus. similia dixit Gregorius carm. I, v. 66 sqq. c. 47, 21 sqq. Anthol. Palat VIII, 105.

Alterum ἀνέκδοτον legitur in cod. Gudiano fol. 45 v. atque additum est carmini quod inscribitur γοεά, cuius interpretatio latina apud Leuenclaium exstat t. II, p. 951. versus autem sunt hi.

1) Eosdem versus heroicis sed sub nomine Sophronii patr. Hieros. sero inventi in Anthol. gr. Palat. sect. I, no. 92.; in edit. Tauchnit. typographi errore κοδοιμ. impressum est.

2) Gud. ταῦλας.

3) sic Gud.; in Paris. ἐχέτω, quod ex quadam metaphrasi fluxisse videtur; nam interpretatio quae est in Gudiano sic habet: τὰ λοιπὰ δὲ ὁ κόσμος ἐχέτω.

Ὄλβιος δύτις ἄσαρκον ἔχει βίον οὐδὲ ἐπίμικτον  
 εἰκόνι τῇ μεγάλῃ βόρβορον ἀμφέθετο·  
 παῦρα μὲν οὐρανίοισι νοήμασι ἔσπετ' ἀνάγκη,  
 πλείονα δὲ τιάσι<sup>1)</sup> καὶ ξόφος ἐστὶ βίον.  
 εἰ διοῖης γένος εἰμι, τι μ' ἀθανάτοισιν εἶσκεις;  
 εἰ πνεύσθην θεόθεν, τίπτε με πηλόδετον  
 Χριστὲ φέρεις; γῆρας μὲν ἔβη καὶ ἔθματ' ἀκινά.  
 ήδ' ἔτι λύσσαν ἔχει σάρξ ἐπανισταμένη  
 ἀμφαδον ἢ λοχόωσα· τὸ δὲ ἄλγεον, ὅπποτε μύστην  
 οὐρανίων θυέων μὴ καθαρὸν παρέχῃ·  
 ὅρκίζω σε θεοῖο μέγα κράτος ἡδὲ κελαινὸν  
 ἡμαρτίαντορθίων, ἵσχεο μαργοσύνης.  
 Μή τις ἐμοῖς παθέεσσι καὶ ἄλγεσιν ἡὲ κάκιστος  
 τέρπουτ' ἡὲ τις ἐσθλὸς ἀνιάνοι φρένα κούφην·  
 τὸν μὲν γάρ τις ἐτενήσει ἀρείονα ἐσθλὸν ἄνουσσος,  
 δῆς οἰδεν καὶ νοῦσον ἀρηγόνα· ἢ ἑνπόσωσι  
 φάρμακον ἢ καθαροῖσι πάλην καὶ κῦδος ἔχουνσαν·  
 ἄλλῳ κῦδος ἀμοκθόνον ἀναξ πόρες· αὐτὰρ ἔμοιγε  
 καὶ τὸ φίλον παθέεσσι καὶ ἄλγεσι σεῖο λαβέσθαι.

Scr. Confluentibus mense Julio a. MDCCCXXXIX.

---

1) metaphor is est haec: τὰ πλεῖστα δὲ μεταλαμβάνει καὶ μετέχει καὶ σκότος ἐστὶ τοῦ βίου.

Ἐξήγησε εἰς τὰ ἀπόρρητα τοῦ μεγάλου Γρηγορίου τοῦ θεολόγου ἐπη τὰ διὰ ἡρωελεγείων.  
περὶ φύσεως ἀνθρωπίνης λόγος ἴ.

Φιλοσοφήσας ὁ θεοσοφώτατος περὶ τῆς ἀνθρωπίνης αρετῆς, ὅσα ἡ τῶν ὅλων τεχνῖτις ὑπέρσοφος ἔδωρήσατο σοφία, διὰ τῶν προκειμένων τούτων ἐπῶν περὶ αὐτῆς τῆς τῶν ἀνθρώπων φύσεως διαλαμβάνει, τὸ φθαρτόν τε αὐτῆς καὶ οὐδαινὸν καὶ εὐμετάβολον διακωματούμενος οὕτω λέγει. 5

Χθιζὸν ἐμοῖς ἀχέεσσι τερψυμένος οἶος ἀπ' ἄλλων  
ἡμην ἐν σκιερῷ ἄλσεϊ θυμὸν ἔδων ·  
καὶ γάρ πως φιλέω τόδε φάρμακον ἐν παθέεσσιν,  
αὐτὸς ἐμῷ θυμῷ προσλαλεῖν ἀκέων ·  
5 αὐραι δὲ ψιθύριζον ἄμ' ὄρνιθεσσιν ἀνιδοῖς  
καλὸν ἀπ' ἀκρεμόνων κῶμα χαριζόμεναι  
καὶ μάλα περ θυμῷ κεκαφότι · οἱ δ' ἀπὸ δένδρων  
στηθομελεῖς, λιγνῷοι, ἡλίοιο φίλοι,  
|| p. 146      || τέττιγες λαλαγεῦντες ὅλον κατεφώνεον ἄλσος · 15  
10                πᾶρ δ' ὑδωρ ψυχρὸν ἐγγύθι κλύζε πόδας,

2. Carm. XIII. p. 86. ed. Colon. p. 943. ed. Leuuencl.

4. Cod. τεχνητίς.

7. Bill. χθιζός; utrumque homericum. — οἶος ἀπ' ἄλλων; ita etiam loquutus est Apoll. Rhod. 1, 60 et Tryphiod. 224, et fortasse alii quoque imitantes illud homericum οἶος ἀνευθ' ἄλλων, II. 22, 39, in eadem formula v. οἶος pro μοῦνος usurparunt, quare non omni ex parte verum esse puto, quod Wernickius dixit ad Tryphiod. v. 490. ceterum ad hunc locum, ni fallor, resperxit Moschopoulos in scholiis ad Hesiod. O. et B. 11, quamquam Gregorius eadem formula utitur etiam carm. 1, 266. 4, 141. 45, 22. 50, 205. 54, 7. 57, 7.

8. Cod. ἡμιν, Bill. ἡμην. — θυμὸν ἔδων ductum ex Odyss. 10, 379.

11. Bill. δ' ἐψιθύριζον; sed π. ψυχῆς v. 6 γὲ βιήσατο. cfr. π. διαθηκῶν 26. π. εὐτελ. 87. monuit quidem Jacobs. ad Anth. Palat. 3, 454 recentiores poetas augmentum omisisse non videri nisi metri quadam necessitate coactos; sed quid apud Gregorium sit statuendum, nondum habeo exploratum. cum nostro loco cfr. Gregor. Epigr. 129, 1, 5.  
κοῆναι καὶ ποταμοὶ καὶ ἄλσεα καὶ λαλαγεῦντες  
ὄρνιθες λιγνῷοι καλὸν ἐπ' ἀκρεμόνων,  
αὐραὶ τε μαλακὸν συρίγμασι κῶμα φέρουσαι, κ. τ. ἐ.

De voc. κῶμα cfr. Jacobs. ad Anthol. gr. vol. viii, p. 193. Theocr. epigr. 3, 6.

13. θυμῷ κεκαφ. sumptum ab Homero.

14. στηθομελεῖς, sic codex; Bill. στηλομελεῖς, quod correxit Valcken. ad Theocr. 7, 139; sed quod idem scripsit ἐπὶ δένδρων, non recipiendum esse putavi. — ἡλίοιο φίλοι, calore enim solis delectantur, v. schol. ad Theocr. 7, 138 et Voss. ad Virg. Eclog. 5, 77. Jacobs. ad Del. Epigr. x, 65.

15. τέττιγες λαλαγεῦντες a Theocrito l. l. habet Gregorius; eodem hemistichio utitur carm. 50, 248.

16. Bill. ἐγγὺς ἔκλυζε.

ἢκα δέον δροσεροῦ δι' ἄλσεος· αὐτὰρ ἔγωγε  
τῶς ἐχόμην κραταίως ἀλγεος ὡς ἐχόμην·  
τῶν μὲν ἄροι οὐκ ἀλέγιζον, ἐπεὶ τόσος, εὐτε πυκασθῆ  
ἄλγεσιν, οὐκ ἐθέλει τέρψιος ἀντιάσαι·  
5 αὐτὸς δὲ στροφάλιγξιν ἐλισσομένου τόσοιο  
τοίην ἀντιπάλων δῆριν ἔχον ἐπέων.

Χθὲς καὶ πρώην, φησὶν ὁ θεόληπτος ιεροφάντης, ἵδιοις ψυχῆς ἄλγεσιν, ἀνίσις τε καὶ  
δύναμις κατατρυχόμενος, πάντων ἀτομοταθεὶς ἐπὶ τι σκιερὸν ἄλσος ἐκείμην, δακνόμενος  
τὴν αἴσθησιν καὶ κατατρυχόμενος· καὶ γάρ μοι τοῦτο φίλον ἀεὶ ὥσπερ φάρμακον ἰατήσιον  
10 ἐν αὐστηροῖς πάθεσιν ὀδυνωμένῳ τῷ καθ' ἡσυχίαν ἐμαυτῷ προσολαεῖν· αὖται δὲ λεπταὶ  
ἡρέμια περιηχοῦσαι τὸν ἀέρα ἀμα τοῖς φύσιοῖς ὅρησιν ἄσμα κελαδοῦσι καλὸν καὶ τερπνὸν  
ἀπὸ τῶν ἀκρεμόνων καίπερ ἐκπνέοντί μοι τὴν ψυχὴν ὅμως ὑπονομήσασθαι τὸν ἡδιστον ἐχαρίζοντο καὶ  
μαλακόν· ἐκεῖ δὴ φησι καὶ οἱ τέττιγες οἱ τοῦ ἡλίου φίλοι, οἱ λιγυρὰν καὶ ὀξεῖαν ἀπὸ  
τοῦ στήθους μελίζοντες τὴν φθογγὴν ἐπηχοῦντες ὅλον ἐπλήρουν τὸ ἄλσος ἐκεῖνο τῆς φωνῆς·  
15 ψυχρὸν δὲ ὕδωρ ἡρέμια δι' ὅλου τοῦ ἄλσους παραρρέον καὶ τοὺς ἐμοὺς ἐπέκλυζε πόδας·  
ἔμοι δὲ ὅμως ἀπαράκλητος ἐτύγχανεν ἡ ψυχὴ· καὶ γὰρ κραταίως τῇ λύπῃ συνειχόμην  
οὐδὲν ἤτον ἢ πρὸν γενέσθαι ἐκεῖ· τῶν κατεπαδόντων μὲν γάρ καὶ θέλγειν δοκούντων  
οὐδὲὶς ἔμοι λόγος· νοῦς γὰρ ἀνθρώπουν πολλοῖς καὶ δρίμεσι πόνοις καταβαρυόμενος οὐκ  
ἐθέλει λουπὸν παραπαλεῖσθαι οὐδὲ || τέρψιος ἀνθρωπίνης ἔχεται οὐδεμιᾶς· τοῖς || p. 147.  
20 τοῦ νοῦ δὲ κινήμασι καὶ ταῖς τῶν ἐναντίων λογισμῶν πάλαις ἐν καρδίᾳ συστρεφόμενος καὶ  
περιδινούμενος ἐσκόποῦν.

Tίς γενόμην; τίς δ' εἰμι; τί δέσσομαι; οὐ σάφα οἶδα,  
οὐδὲ μὲν ὅστις ἐμοῦ πλειότερος σοφίη·  
αλλ' αὕτως νεφέλη κεκαλυμμένος ἐνθα καὶ ἐνθα  
25 πλάξομαι οὐδὲν ἔχων, οὐδὲ ὄναρ ὃν ποθέω·  
πάτες γὰρ χθαμαλοὶ καὶ ἀλήμονες, οἵσι παχεῖς  
σαρκὸς ἐπικρέμαται κυανέη νεφέλη·

1. Cod. Ἠκα et αὐταρ.

2. τῶς, sic cod., v. Herm. de emend. rat. gr. gr. 113. — Bill. κρατερῶς. — Cod. ὡς.

4. Bill. ἀντιάσιν; v. infra v. 108 ἀσχαλάσαι.

6. Bill. ἔχων. — δῆριν ἔχειν fortasse sumtum ex Odyss. 24, 515.

22. Idem versus legitur π. εὐτελείας cet. v. 1.

23. Bill. σοφίην.

24. Bill. αὐτός. — ἐνθα καὶ ἐνθα, clausula qua Gregorius etiam utitur carm. 1, 317. 24, 9. est ver-  
sus homericus, v. Il. Σ, 264. Σ, 543. Od. Σ, 327. 330. η, 95. vituperavit eam apud Nonnum Struve  
in dissertatione de exitu versum in N. carminibus a. 1834 edita, nullo ut equidem puto iure; nam  
Homeri imitator etiam Nonnus est. v. Naekium virum desideratissimum de hac re disputantem in  
indice praelectt. in univ. rhenana p. m. aest. a. 1835 habendarum.

κεῖνος δ' ἐστὶν ἐμεῖο σοφῶτερος, ὃν πλέον ἄλλων  
ἥπαφεν ἡς ραδίης ψεῦδος ἔτοιμολόγοι.

25 εἰμί· φράζε, τί τοῦτο; τὸ μὲν παρέθρεξεν ἐμεῖο,  
ἄλλο δὲ νῦν τελέθω, ὃς δ' ἐσομ', εἴ γ' ἐσομαι.  
ἔμπτεδον οὐδὲν ἔγωγε, ὃς διολεροῦ ποταμοῖο  
αἱὲν ἐπερχόμενος, ἐσταδὸς οὐδὲν ἔχων.

5

10

15

20

25

30

Tis, φησὶν, ἐγενόμην ἐκ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι ἐλθών; τις δὲ νῦν εἰμί, ἐπεὶ γεγενῆ-  
σθαι γημι; καὶ τὸ μετὰ ταῦτα μάταιος γενήσομαι; καὶ γὰρ οὗτος οἶδα σαφῶς, τις  
ἡ πατ' ἀρχὰς εἴσοδος πρὸς τὸν βίον ἡ τις προσκόπτων ἐνθεν ἄχρι τοῦ τέλους · λυθεὶς  
ἐπειτα τις γενήσομαι, φράσον · καὶ γὰρ οὗτος αὐτὸς ἀκριβῶς ἐπίσταμαι, ἀλλ' οὐδὲ ἐκεῖνος,  
ὅς μᾶλλον ἐμοῦ σοφῶτερος εὑχεται εἶναι · τῷ ἐπιτροσθοῦντι δὲ σώματι καὶ τῇ ἀγνοίᾳ οἷα  
νέρει βαθεῖ τὸν νοῦν κεκαλυμμένος ὥδε κακεῖ περιπλανῶμαι, ματαίσις περιφερόμενος ἐν-  
νοίαις καὶ οὐδὲν βέβαιον ἐν ἀκριβεῖ ἔχων καταλήψει οὐδὲν ἐν ὄντει φι, ὣν εἰδέναι ποθῶ ·  
ποθῶ γὰρ θεόν γνῶναι καὶ αὐτὸν οὐκ ἐστὶ καταλαβεῖν · σοφίαν, εἰπα, σοφισθήσομαι καὶ  
|| p. 148 αὐτὴ ἐμακρύνθη ἀπ' ἐμοῦ μακρὰν ὑπὲρ ὁ ἦν · || καὶ πάντες οὖτοι ταπεινοὶ καὶ  
αἱὲν πλανώμενοι καρδία, οἷς ἡ τῆς παχείας ταύτης σαρκὸς σκοτεινὴ ἐπικρέμαται ἡ ἐπίκει-  
ται ἀχλύς · „κεῖνος δ' ἐστὶν ἐμεῖο“ κ. τ. ἐξ. ἐγὼ μὲν φρσιν οἶδα σαφῶς, ὡς οὐδὲν τῶν  
ὄντων ἡ γενομένων ἀκριβῶς καθ' ὁ δεῖ γνῶναι οἶδα · καὶ τοῦτο ἡ ἐμὴ σοφία τὸ εἰδέναι  
ὡς οὐκ ἐστιν ἀσφαλῶς εἰδέναι οὐδὲν · ἐμοῦ δὲ σοφῶτερος πᾶς, ὃν μᾶλλον τῶν ἀλλων τὸ  
τῆς αὐτοῦ ψυχῆς ἀπατῆ ψεῦδος, ὃ ἐστιν νοὸς οἰησις εἰκῆ τε καὶ ἀπερισκέπτως ἀπερευγο-  
μένη λογίδαια, ἀ οὐκ οἶδεν καὶ ἀ οὐκ ἐπίσταται διαβεβαιουμένη · σκόπει δὲ οὕτως · „εἰμί·  
φράζε τί τοῦτο;“ κ. τ. ἐξ. ὅλος ἐπανθοῦ τῷ θειγόρῳ σκοπὸς τὴν τοῦ Ἐκκλησιαστοῦ  
σοφίαν σαφηνίσαι ματαιότητα λέγοντος ματαιοτήτων καὶ προσίρεσιν πνεύματος τὰ πάντα ·  
ναὶ δὴ καὶ τὴν τοῦ Δαβὶδ μάτην πάντ' ἀνθρωπον εἶναι μελωδοῦντος καὶ τὴν ὑπόστασιν  
αὐτοῦ ὡσεὶ οὐδὲν καθορᾶσθαι ἐν προσώπῳ τοῦ πλάσαντος αὐτὸν · ἵσοδύναμα τούτοις φι-  
λοσοφῶν πινθάνεται καὶ οὗτος · λέγεις δὲ εἰμί · πρόσθες καὶ τὸ τοῦτο εἰ φάγαι · καὶ  
γὰρ ἐν τοῖσι μέρεσι χρόνον πάντως τὰ δύτα ἐνορᾶται, ἐνεστῶτι δῆλον δὲ τι καὶ μέλλοντι  
καὶ παρεληλυθότι · τὸ μὲν οὖν παρεληλυθὸς οὐκ ἐστι · παρῆλθεν γάρ · τὸ μέλλον δὲ  
οὔπω πάρεστι · τὸ ἐνεστῶς δὲ οὐ φθάνω νοῆσαι παρόν, καὶ παρέδραμεν εὐθύς, οὐ φθάνω  
τῷ νῷ καταλαβεῖν · καὶ αὐτὸς θάττον ἡ λόγος οὐχεται ἀποπτάν · οὕτως ὁ χρόνος κ. τ. ε.

1. Bill. ὅς.

4. Cod. ὃς δ' ἐσομαι, εἴ γ' ἐσομαι.

5. Bill. ἐμπ. οὐδέν, ἔγωγε όσος.

6. Bill. ἐνερχόμενος.

14. σοφίαν, εἰπα, v. Eccles. 7, 24.

15. Cod. ὑπὲρ ὁ ἦν · ἀνθρωπον. πάντες cet.

22. Eccles. 1, 2.